



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

1. Augusti. In bonis vestris, sanctisque exercitiis ab omni tepore, ac pigritia tanquam ab hoste capitali abhorrente. S. Ignat. in epist. de perf.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

QUàm diu vivis, agis inter mille calamitates, parum, imò & bonum hoc foret, sed inter salutis versaris pericula, quae non priùs effugies, quàm hinc beatam mortem discedas. Non erit securitas extra se pulchrum.

Cùm moriendum sit, praestat in acie pugnantem pro Deo, & proximo cadere. Ignava mors aetate confici, febriculam decoqui, tolli casu. Pro Christo vitam dare, mors est omni vitam dulcior.

Inter summa Dei beneficia numerandum, posse pro ipso mori; tenerioris hoc ejus in nos amoris foret indicium, adeò proinde non formidandum, ut summis juere votis sit expetendum.

Si vitam pro te Christus posuit, magnum sit, tuam pro illo ponere? Quis pro quo? quid Deus? quid vita sit? ignorat, qui rem adeò vilem, tot periculis obnoxiam tanto, ac tali Domino reddere non optat. Quid te retinet?

I. Augusti.

In bonis vestris, sanctisque exercitiis ab omni tepore, ac pigritia tanquam ab hoste capitali abhorrete. S. Ignat. in epist. de perf.

Gravissimus hostis, qui non opes au-
fert, sed meritum ; vitam petit non
corporis, sed operis ; optima quæque cor-
rumpit ; & quod pessimum , adeò tacitè
nocet, ut mala sua vix sentiantur , & citiùs
ad animæ ruinam , quàm notitiam per-
veniat.

Hostis est acedia gravissimo peior. Pec-
catum vel ipso nomine horrorem creat.
Amatur acedia, quo fit, ut citiùs illud, quàm
hanc sequatur emendatio. Plures è cœno
peccatorum , quàm è teporis veterno ad
insignem sanctitatis gradum surrexerunt.

Fervor, & affectus pretium ponunt ope-
ribus. Sancta sunt, si sanctè tractentur ; eas-
dem, si levi manu , si oscitante corde agan-
tur, mala fiunt ; & iisdem, quibus præmium
poteramus, factis pœnam meremur.

Quantùm addis ad diligentiam, tantùm
Deo places. Væ repidis ! ut aqua nec frigi-
da satis, neque calida bilem, sic opus igna-
vum displicentiam cœlo movet.

2. Augusti.

*Qui vel nobilitate generis , aut doctrina,
ingenive commendatione excellunt , ii,
præ cæteris in sui abnegatione exercitati*

L

esse